

## SECTIO IX. DE VERBORUM

mutatione propria ob PARTICULAS  
nonnullas, maximè INSEPA-  
RABILES.

§. 136. Verba composita constructave cum Particulis quibusdam, maximè Inseparabilibus, peculiarem punctationis rationem postulant. Particulæ autem illæ sunt, tum Affixa pronomina, tum Præfixum Vav verbis proprium, tum ׀ negativum.

§. 137. Affixa Verbis non minus, quàm Nominibus aut Particulis junguntur, & accentum deducunt, eodem modo, quo dictum §. 95.

Ast cum tertia singulari fœminina Præteritorum (exceptis tamen gravibus ׀ & ׀) accentus nunquam descendit ad affixa, ׀ וּבְקִשְׁתֶּם & *queret f. eos* Hof. 2, 7. Alias si non descendat accentus, anomalia est, ׀ וּבְצַעֲמֶם & *concide eos* Amos. 9. 1. ׀ אֲרִיִּיךָ & *irrigabo te* Esa. 16, 9.

Veruntamen Verba Activa solùm affixa admittunt, quia hæc accusativum patientem designant, non Passiva, præter solum infinitivum Niphal.

׀ חֲזַרְתֶּם in *creari illos* Gen. 2, 4. ׀ וּזְכַרְתֶּם & *recordari vobis* Ezek. 21, 24.

Verba Neutralia seu intransitiva rarò affixa jun-